



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 101. Quid dicatur esse de forma, & quid tantùm conditio requisita ad provisionem Beneficialem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

mutare, etiam si Beneficium sit curatum, v. g. si primogenitus familiae, aut frater unicuique sine liberis decedat; si optimum matrimonium ad conservationem familiae nobilis, vel ad lites graves solvendas necessarium offeratur. Ratio, quia non est mens Ecclesiae, ita ad Ecclesiasticum statum obligare, ut haec & similia bona impediatur. Lay. Less. l. c.

A D D E N D A.

Q. 101. Quid dicatur esse de forma, & quid tantum conditio requisita ad provisionem beneficiale. R.

§. I. Illud dicitur esse de forma provisionis, quo non posito actus provisionis non existit, forma enim est, quae dat esse rei: illud est tantum conditio, sine quo essentia actus potest subsistere, adjicitur tamen actui, & aliquando ita necessario, ut si desit, post se trahat nullitatem actus, & ita dicuntur mediate spectare ad formam seu essentiam actus, Castrop. t. 13. in procem. ad disp. 3. Docent autem AA. Apud *Leur.* p. 2. q. 860. n. 9. ex *L. iubemus*, Cod. de testam. si forma respiciat certum effectum, posse per æquipollens adimpleri.

§. II. Condiciones ad collationem requisitas dedimus à n. 380., & facile applicantur reliquis provisionibus, attamen cum diversitate secundum diversam naturam provisionum, uti circa varios modos providendi est dictum. Quid faciendum sit, quando fundatio vel statutum requirit, ut provisio fiat cum consilio, interventu, consensu, scientia aut supplicatione alicujus, dictum est à n. 386.; an verò provisio requirat scripturam, dictum est n. 388.

Q.